1179. Fridericus imperator ipsum ducem Hainricum omnino delevit, et Berenhardus et Otto marchiones ducatus suos obtinuerunt.

1183. Obiit ipse dux Otto Bavariae.

1189. Fridericus imperator Ierosolymam tendit, exercitus vero mortaliter perit.

1191. Hainricus dux Sueviae, filius imperatoris Friderici movit exercitum contra Appuliam, ubi pene totam militiam perdidit.

1236. Fridericus secundus vadit contra Lampardos et Vincentiam oppidum cepit.

1237. Fridericus secundus imperator aggressus est Mediolanum et triumphavit, et anno sequenti Lampardos diversis modis flagellat.

1246. Heinricus landgravius Turingiae, filius sanctae Elisabethae, fuit in regem Romanorum sublimatus.

1267. Corradinus, filius Conradi ducis Sueviae, interemptus fuit et decapitatus in civitate Neapolitana.

1268. Princeps Cunradus, filius Friderici secundi, a rege Franciae dicto Karlote interfectus est et ex utraque parte ad 20 milia corruerunt, et illud factum est apud civitatem Nuslur.

1280. Obiit nobilis dominus Rudolfus de Ratzenstein.

1180. Imperator Fridericus Hainricum ducem Saxoniae delevit. Bernhardus et Otto ducatus suos obtinuerunt.

1182. Otto dux Bavariae mortuus est. (Die Ann. Elwang. haben dies zu 1183).

1189. Fridericus imperator collecta forte manu Ierusalem tendit, ... Qui Iherusalem petiit cum Hainrico filio suo ... exercitus autem eorum mortaliter periit.

1191. Hainricus filius Friderici imperatoris contra Apuliam movit exercitum, ubi fere totam militiam, nec non et omnes principes sive nobiles perdidit.

1236. Imperator contra Longobardos parat expeditionem et civitatem Vincentiam cepit.

1237. Imperator Fridericus cum Mediolanensibus congrediens de ipsis triumphavit ....

1238. Imperator Longobardos diversis modis flagellat.

1246. Hainricus lantgravius Turingiae, domino papa Innocentio quarto et ceteris principibus prosequentibus, in regnum sublimatur.

1267. Filius Cunradi regis in civitate Nabpel interfectus est. Princeps filius imperatoris Friderici a rege Franciae, dicto Karlotte, interfectus est, et ex utraque parte ad viginti milia corruerunt, et hoc factum est apud civitatem Nuslur.

1280. In epiphania Domini dominus Rudolfus de Kazenstein obiit.